BASILIENSIA
Basel, 1433-1434
Seite 101v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=498
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sacramentu non debet confici post cenam neq; a fidelibus recipi nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis a iure vel ab ecclia concesso vel admisso. Et licet hec consuetudo adhibitandu aliqua pienda et scandala rationabiliter introducta est sic potuit simili et maiori ratione introduci et rationabiliter obseruari quod licet in primitia ecclia huius sacramentu reciperetur a fidelibus subtraqq tamen postea a conficientibus subtraqq specie/et alique tantumo sub specie panis suscipiat. Cum firmissime credendu sit et nullatenus dubitandu integru corpus et sanguinem tam sub specie panis quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum huius consuetudo a ecclia rationabiliter introducta et diutissime obseruata sit habenda est pro lege qua non licet reprobare aut sine ecclie auctoritate prohibita immutare. Quapter dicimus quod hanc consuetudine aut legem obseruare sit sacrilegu aut illicitu censendu et ptinaciter asserentes oppositu premissorum tamq; heretici arcendi sint et giter puniendi p diocesanos locorum aut inquisitores hetice pauitatis in regnis seu prouinciis in quibus cont hoc decretu aliquid forsan fuit attentatu aut presumptu iuxta canonum et legitimas sanctiones in fauorem catholice fidei contra hereticos et eorum fautores salubriter admonentes.

Item ipsa Sancta Synodus decernit declarat super ista materia Reuerendissimo in xpo pri et domino domino Archiepo pragensi et suis suffraganeis pertinere dirigendos in quibus eis committat et mandetur auctoritate huius sancte synodi sub pena excomunicationis et priuationis beneficiorum ut effectualiter puniat contra hac decretu excedentes. Eos vero qui comunicando ipsum subtraqq specie exorbitauerunt et sic faciendum esse decreuerunt si ad penitentiam redierint ad gremiu ecclie suscipiant in ecclia eis p modo culpe prius salutaris. Qui vero quillis ad penitentiam redire noluerint animo indurato per censuras ecclias eos ut heretici sint coherendi in quanto etia ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Sequit Collacio preambula posicionis
prouidentie super punitione peccatorum
Mortaliu publicorum